C. VALERII CATVLLI
CARMINA

RECOGNOVIT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT
R. A. B. MYNORS

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO
1958

SIGLA

CODICES:

V = archetypum (fons communis codd. *O* et *X*)
O = Oxoniensis Canonicianus class. lat. 30 s. XIV
X = fons communis codd. *G* et *R*
G = Parisinus lat. 14137 anni MCCCLXXV
R = Vaticanus Ottobonianus lat. 1829 s. XIV ex.
T = Parisinus lat. 8071 s. IX (*continet carmen lxii*)
O1 = *O nondum correctus, similiter G1 R1.*

FONTES CONIECTVRARVM MANV SCRIPTI:

r = corrector(es) cod. *R*
m = Venetus Marcianus lat. xii. 80 (4167) s. xv in.
g = corrector(es) cod. *G*

Coniecturae e codicibus recentioribus ductae his notis insignitae sunt:

α = nescio quis ante annum MCCCCXII
β = „ „ „ MCCCCXXIV
γ = „ „ „ MCCCCLII
δ, ε = „ „ medium s. XV
ζ, η = „ „ annum MCCCCLX
θ = „ „ „ MCCCCLXVIII

FONTES CONIECTVRARVM TYPIS IMPRESSI:

1472 = editio Veneta anni MCCCCLXXII; *1473* = Parmensis a. 'LXXIII; *ed. Rom.* = anonyma a. circa 'LXXV; *Calph(urnius)* = Vicentina a. 'LXXXI; *Parth(enius)* = Brixiensis a. 'LXXXV; *Auantius* = Emendationes eius a. 'XCV; *Pall(adius)* = Veneta a. 'XCVI; *Aldina* = Veneta a. MDII; *Guarinus* = Veneta a. MDXXI; *Auantius*^{3} = Veneta apud Trincauellium a. circa MDXXXV.

I

CVI dono lepidum nouum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas
iam tum, cum ausus es unus Italorum
omne aeuum tribus explicare cartis
doctis, Iuppiter, et laboriosis.
quare habe tibi quidquid hoc libelli
qualecumque; quod, ⟨o⟩ patrona uirgo,
plus uno maneat perenne saeclo.

II

PASSER, deliciae meae puellae,
quicum ludere, quem in sinu tenere,
cui primum digitum dare appetenti

I 1 *citat Ausonius eclogarum* i. 1 (*p.* 120 *Schenkl, p.* 86 *Peiper*); 1–2 *Isidorus etymologiarum* vi. 12. 3; 1, 2 *et* 4 *Marius Victorinus, ars gramm.* (*p.* 148 *Keil*), *Caesius Bassus de metris* (*p.* 261 *K.*), *Terentianus de metris* 2562–4 (*p.* 401 *K.*); *cf. Atilium Fortunatianum, ars* (*p.* 298 *K.*). 2 *Seruius ad Vergili; aen.* xii. 587 'in pumice' autem masculino genere posuit . . . licet Catullus dixerit feminino. 3–4 *Plinius hist. nat.* i *praef.* 1 namque tu solebas nugas esse aliquid meas putare, ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum.

II 1 *citant Caesius Bassus* (*p.* 260 *K.*), *Atilius Fort.* (*p.* 293 *K.*), *fragmentum quod Censorini dicitur de metris* (*p.* 614 *K.*).

I 2 arida *ex Seruio Itali*: arido *V* 5 tum . . . es *ε*: tamen . . . est *V* 8 tibi habe *V*: *corr.* η libelli al. mei *X* (al. mei *del. r*) 9 o *add.* θ qualecunque quidem est, patroni ut ergo *Bergk* 10 perire *O*

II 3 cui *O* (*in margine*) *r*: qui *V* appetenti *r*: at petenti *V* (al. patenti *X*, al. parenti *g*)